

Band VIII., Nr. 3265, Seite 407-408

Schenk Konrad von Winterstetten verkauft dem Kloster Ochsenhausen die Vogtei der Kirche in Ringschnait um 26 Mark Silber.

Biberach, 1283. August 5.

Omnibus Christi fidelibus tam posteris quam futuris et presentibus hanc paginam inspecturis Cunradus pincerna de Winterstetten miles notitiam subscriptorum. Ne in oblivionem cadant que geruntur cursu temporis procedente, expedit ea scripturarum testimoniis perennari. Noverint igitur omnes et singuli quos nosce fuerit oportunitum, quod ego accedente consensu et voluntate expressa liberorum meorum Cūnradi et Eberhardi ius advocaticium ecclesie in Rintsnait cum omnibus attinentiis suis omnemque utilitatem ex ipso iure proveniente[m] nec non in omni ea iurisdictione, qua ego possidebam, vendidi et transtuli iure patronatus in dilectos in Christo priorem prepositum totumque conventum monasterii in Ohsehuse ordinis sancti Benedicti Constantiensis dyocesis, quod quidem monasterium subest tanquam cella monasterio sancti Blasii ordinis eiusdem et prefate diocesis, pleno iure et profitheor vendidisse recepta certa summa pecunie, videlicet XXVI marcis argenti ponderis oppidi in Biberach, de qua mihi confitheor plenarie satisfactum. Hiis itaque consumatis fideliter et peractis vir strenuus H[einricus] de Vriberc miles ad petitionem prefatorum prioris prepositi et conventus in Ohsehuse possessionem iuris advocaticii nomine et vice monasterii in Ohsehuse intravit et se de eisdem pro fideli subportatore intromisit promittens idem H[einricus] bona fide nomine iuramenti, quod ordinationi sepefactorum prioris, prepositi et conventus in Ohsehuse tam circa assignationem traditionem renuntiationem pareret, quandocumque requiretur ab eisdem aliquibus temporibus in futurum. Rata insuper permanere volo omnia superius expressa de iure advocaticii ecclesie in Rintsnait iam dicto monasterio in Ohsehuse per me facta. In cuius rei¹ testimonium presentem presentem litteram cessante pro me liberisque meis omni auxilio deffensionis tam iuris canonici quam civilis litteris a sede apostolica vel aliunde impetratis seu impetrandis omnique alio remedio, quo mediante dicta venditio seu traditio posset quomodolibet violari, cautione nichilominus pro me et heredibus meis de evictione interposita sigillorum mei nec non consanguinei mei dilecti H[einrici] de Vriberc tradidi munimine roboratam. Ego vero H[einricus] de Vriberc miles confitheor omnia premissa et singula fore vera meque ad observationem eorum astringo. In evidentiam eorundem sigillum meum presentibus appendo.

 Datum

¹Text: *regi*.

II

et actum Biberach, anno domini MCCLXXXIII., nonas Augusti, indictione XI., presentibus Waltero de Stadegon, Waltero de Mungoltingen, Ber[toldo] dicto Wielli, Hainrico dicto Stamlaer, H[einrico] de Tanne militibus, H. rectore ecclesie in Stadegon, Ludewico de Stadegon, C[unrado] advocato de Berge, B[ertoldo] dicto Kaephinc, Ulrico dicto Graeter, Lûtrammo ministro civibus in Biberach et aliis quam pluribus fidedingnis.

—

Siegel: 1) Siegel des Konrad von Winterstetten, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2450 (WUB, Bd. VII, S. 329. 2) abgegangen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 481 U 1105

Editionen:

JOHANN WILHELM BRAUN (BEARB.): Urkundenbuch des Klosters Sankt Blasien im Schwarzwald. Von den Anfängen bis zum Jahr 1299, 2 Bde., Stuttgart 2003 (Veröffentlichungen der Kommission für Geschichtliche Landeskunde in Baden-Württemberg, Reihe A, Bd. 23, 1-2), Bd. 1, S. 755 f., Nr. 582.

Literatur:

Gruber: Ochsenhausen S. 62 f., 177 und 240.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Biberach

Ortsindex:

Alttann Wohnplatz (20601)
 Alttann, Wolfegg, RV
 Berg Wohnplatz (16762)
 Berg, Ehingen (Donau), UL
 Biberach an der Riß Wohnplatz (17113)
 Biberach an der Riß, BC
 Freyberg Wohnplatz (17778)
 Freyberg, Gutenzell-Hürbel, BC
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Mundeldingen Wohnplatz (16912)
 Mundeldingen, Oberstadion, UL
 Oberstadion Wohnplatz (16913)
 Oberstadion, UL
 Ochsenhausen Wohnplatz (17448)
 Ochsenhausen, BC
 Ringschnait Wohnplatz (17132)
 Ringschnait, Biberach an der Riß, BC
 St. Blasien Wohnplatz (15605)
 St. Blasien, WT
 Winterstettenstadt : Ingoldingen BC
 Winterstettenstadt Wohnplatz (17302)